Biblia Sacra
Saec. XIII

qua consule sunt quod vero dixerat a personis multarum faciem exponit subdens. scilicet per multos fideles patria pes eius donationis que in nobis est. id est hi vires eam donationem fidei que in nobis est. personas vero multarum facierum dicit infantes pueros et ceteras etates vitiis qui se tis. Vel ita. Ita orationes vestre iuvabunt nos ut per multos fideles gratie agantur deo pro nobis. Cuius rei gratia et ceteri donationis que in nobis est liberationis et honoris certorum donationis dico procedentis ex personis id est honestis viris ut vobis et aliis personis dico multarum facierum id est discretionis id est discretorum virtutum et diversarum virtutum ut facies iob fuit patientia facies dauid humilitas facies moysi mansuetudo. Vel secundum aliam litteram alia enim translatio ita habet ut in multorum facie eius que in nobis est et cetera que littera sic legitur quia orationes vestre sic iuvabunt nos ut per multos gratie agantur deo pro nobis gratie dico eius donationis que est in nobis hec non mutantur agantur dico in multorum facie id est inter multos et coram multis. Hoc ideo dicit quia gratia dei consolatur apostolos causa multorum omnium credentium quorum causa in pressure eis ingerebantur et ideo illi omnes credentes gratias deo referant pro liberatione apostoli. Sequitur;

Nam gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre quod in simplicitate et sinceritate dei et non in sapientia carnali sed in gratia dei conversati sumus in hoc mundo habundantius autem apud vos.

Nam gloria quia ideo et vos et alii debetis orare pro nobis quia gloria nostra et cetera. Vel ita iunge. Ideo orationes vestre possunt nos iuvare quia gloria nostra hec est id est illud unde gloriamur tam honestum est scilicet testimonium et cetera. Vel ita iunge. Ideo non diffido de diffido de dei auxilio quia pura est conscientia unde gloria quod ita ait nam gloria nostra hec est id est illud unde gloriamur hoc est scilicet testimonium conscientie nostre id est conscientia pura ab omni simulatione non remordens nos sed testificans quod conversati sumus in hoc mundo. Licet mala sint in simplicitate scilicet non aliud in corde aliud in ore habentes et in sinceritate scilicet sinceram veritatem dedo non in legis observantias predicantes. Que sinceritas et simplicitas est dei quia a deo est. Hec est gloria conscientie quam dixit scilicet simplicitas et sinceritas. Sicut enim impiis est magna pena conscientia ita piis est gaudium non qui in se sibi gloriantibus sed totum deo dantibus. Ideo recte non ait gloria nostra est testimonium aliene malicie vel immoris gratie sed conscientie nostre que quia occulta est non est subiecta alie-

no iudicio et ideo nullus presumat eam carpere vel cogitare vel proferre sententiam. Sic itaque conversati sumus et hoc scilicet non in sapientia carnali que est voluntas diligere id est habere vitam vel secundum naturas rerum et non est predicare ut pseudo facie bant quorum fucatam predicationem arguit iuxta humanum sensum aptam non ita itaque conversati sumus sed in gratia id est secundum quod spiritus gratis nobis indicavit. Habundantius autem qui conversati sumus in hoc mundo simpliciter habundantius autem simpliciter conversati sumus ad vos id est erga vos quibus cessimus de iure nostro quia cum ab aliis accepit ab his voluit accipere;

Non enim alia scribimus vobis quam que legistis et cognovistis. Spero autem quod usque in finem cognoscetis sicut et cognovistis nos ex parte quia gloria vestra sumus sicut et vos nostra in die domini nostri ihesu christi.

Non enim qui habundantius servavi simplicitatem quia et in prima epistola ex integro audio non in hac et hoc est quod ait non enim alia scribimus vobis; in hac quam que legistis in prima epistola et cognovistis in experientia operum. Spero autem quod et sicut huc usque de me cognovistis ita et deinceps cognoscetis et hoc est quod ait spero autem quod cognoscetis me id est eodem usque in finem vite cognoscetis dico sicut cognovistis nos ex parte non ex toto quia et si scitis quod absentium non tamen scitis quanta dilectione hoc fecit et quanta quod preferre separat illos apostolos ex eo quia iam ceperant meliores esse cognito apostoli affectu circa sese et gloriabantur in eo velut filii in patre karissimo. Sequitur quia gloria qui vere cognoscetis quia sumus gloria vestra sicut vos nostra id est per nos consequi gloriam eternam debetis et nos per vos vobis instruentes quod non est sit offendiculo a vobis accipere quia gloria apparebit et in die adventus domini nostri ihesu christi id est tempore iudicii quando omnia aperta erunt et ideo dicit diei;

Et hac confidentia volui prius venire ad vos ut secundam gratiam haberetis et per vos

Et hac confidentia qui habundantius servavi simplicitatem ad vos et hac confidentia id est in his confisus volui et cetera. Vel ita iunge quia vos estis gloria nostra et nos vestra et hac confidentia id est in hoc confisus scilicet quod pro absentium gloriari speravi volui et cetera. Vel ita iunge quia iam quidam vestrum correcti sunt et hac confidentia scilicet

transire in macedoniam et iterum a macedonia venire ad vos. et a vobis deduci in iudeam.

que munda e. quorundam vita. volui prius venire ad vos q̄ ire in macedoniā. Quia enim cuidā vita quorundam vita erat. volui videre quos indignū erat an videre. sic q̄ n̄ dixit. cū voluit n̄ fuit ociosū. Intelligi enī volebat alios quos ut eos ec. p̄p quos voluntatem suam nō impleuit. qui opā adhibere debent. ut modo se purgent. Non enī culpa eius ē. s; illor. qd̄ n̄ uenit. et q̄ in priore ep̄la p̄miserat se uenturū. et n̄ uenerat. mendax vel leuis uidebat. qd̄ hic excusat. n̄ h' hoc fecit. n̄ p̄ eor culpa. venire uolui dico. ut qui p̄ primam ep̄lam habueratis gratiā uocis fidei. haberetis. p̄ meam p̄sentiā. scd̄m gratiā. i. confirmatione. qui p̄us fide habueratis. uolui uenire ad uos dico. i. p̄ uos. i. uro ductu. transire in macedoniā. et iterum a macedonia venire ad uos. ut multiplicit uos cō firmarē. et a uob deduci in iudeā. ut ferrē elās sc̄is qui ibi erant;

Cum ergo hoc voluissem. num quid levitate usus sum. aut que cogito secundum carnem cogito. ut sit aput me. est et non est;

Cum g̃. q̄ ad hoc uolui uenire ad uos. nec tn̄ ueni. cum g̃ hoc uoluissem. et n̄ feci. n̄quid usus sū leuitate. ut qd̄ p̄posuerim. n̄ rōne. s; impetu. n̄ eadem leuitate dimiserim. aut que cogito facienda. l' dimittenda. scd̄m carnē cogito. ut p̄ carnali cōmodo p̄posuerim. et q̄ n̄ erat dimiserim. ut per has causas sit ap̄ me. i. intentiōe mea. ē. et n̄. i. affirmatio et negatio de eodem. i. mendacium. Est enim mendaciū falsa significatio uocis. cum intentiōe fallendi. duo i ponebantur apostolo qd̄ leuis erat. et grā macti. cōmodi. hoc et dimiserat. uii. et mendax dicebatur. qd̄ in purgat ostendens se n̄ leuit̃. s; ex consilio fecisse. n̄ mentitum eē. q̄ n̄ erat in intentione sua. cū illud dixit. aliter facere. Non ē enī iudicandus mendax. qui dicit falsum qd̄ putat uerū. q̄ q̄ntum in se ē n̄ fallit. sed fallitur. Econt̃ mentitur. ille qui dicit uerū qd̄ putat falsum. nec ille ē sub mendatio. qui ore nesciens loquit uerū. sciens aut n̄ eē uerū. uoluntate mentitur. vel ita. ut sic. q̄ n̄ quid leuitate usus sum ut scd̄m carnem cogito ne sit ap̄ me. ē et n̄. i. ut p̄pona uoluntatē utilitati. Q̄. non ē aput me ē et n̄. i. n̄ aliud egi. quā sciui eē agendū. q̄ utilitas p̄ponenda ē uoluntati;

Fidelis autem deus. quia sermo noster qui fuit ad vos. non est in illo. est et non. sed est in illo est;

Fidelis aut̃. uel enim. q̄ in hoc n̄ sum mentitus credendus: q̄ in nullo alio sum uobis mentitus. Et hoc credi pot. q̄ deus est fidelis. i. uerax. qui p̄mis sit doctores ueritatis. sic̃ mendax e eēm. qui sum doctor eius. n̄ eēt ip̄e fidelis. et q̄ fidelis ē. p̄ hoc patet q̄ in illo. et ē. vel ita. q̄ uidet ap̄ me eē. ē et n̄. s; deus qui fidelis ē. i. uerax in p̄missis. ē in testis. q̄ in illo toto nr̄o sermone. quēcūq; sermo fuit ap̄ uos. ē. n̄. ē et n̄. i. mendaciū. ut in pseudo p̄dicatoribus. vel n̄ ē in illo ē et n̄. i. aliud n̄ egi. q̄ sciui eē agendū. q̄ utilitas p̄ponenda ē uoluntati;

Dei enim filius ihesus christus qui in vobis per nos predicatus est per me et silvanum et timotheum. non fuit in illo est et non. sed est in illo fuit.

Dei enī. q̄ uere in nr̄o sermone. n̄ fuit ē et non q̄ in illo dei filio. i. in eius p̄dicatione. qui dei filius ihc̄ xp̄c ē p̄dicatus in uobis per nos. i. per me et siluanum. et timotheum. n̄ fuit ē et n̄. i. mendaciū. s; est. i. affirmatio ueritatis tm̄ fuit in illo. qd̄ si mendaces essemus. et ip̄e q̄ qd̄ docuit tm̄ p̄dicaremus. vel in illo dei filio n̄ fuit ē et n̄. i. n̄ q̄ aliud uoluit q̄m q̄ uult. ē. s; ē fuit in illo. q̄ uoluntas eius semp fuit cū utilitate;

Quotquot enim promissiones dei sunt in illo est etiam. ideo et per ipsum dicimus amen deo ad gloriam nostram;

Quot q̄ ita. q̄ uerax ē dei filius. et uere q̄ p̄missiones dei q̄cūq; s̃t. s̃t in illo. ē. vel ē. alia lr̃a. i. ueritas et completio. q̄ in illo ad implete. et exhibite sunt. ideo q̄ n̄ fuit audiendi. qui fuerunt hominem filium dei fuisse p̄sse dixerunt. neq; natum de femina. s; falsam carnem. et ymaginē corporis simulatā ostendisse uidebatur. In q̄ errore p̄ui puerunt. q̄ timuerunt. qd̄ si n̄ p̄ s. ne humanā carne ueritas et substantia dei inquinaretur. ideo dixerunt ueritatē eē fictam. et tamen p̄dicant istum uisibilem solem radios suos p̄ oēs feces et

et sordes spargere: et eos mundos et sinceros servare. Sed si visibilia munda visibilibus immundis tangi possunt et non inquinari, quanto magis invisibilis et incommutabilis veritas per spiritum animam, per animam corpus suscipiens, totum hominem assumptum ab omnibus infirmitatibus sine sui contaminatione liberavit. Convertuntur quia illi: non variatur veritas Christus, quia omnes promissiones dei in illo sunt est vel est, id est impletae et firmatae, et non est credendum etiam non daret sed ille per quem pater veritatem apparuit. Et quia promissiones dei per Christum sunt impletae, ideo et nos per ipsum dicimus deo amen, quod est verbum veritatis, id est dicimus deum veracem esse, et quod deus in Christo sit verax, est ad gloriam nostram, per quos hoc manifestatur, quia per hoc probamus nos praedicare;

Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo et qui unxit nos deus et qui signavit nos et dedit pignus spiritus in cordibus nostris;

Qui autem. quasi gloriam nostram dico, non tamen nobis tribuo, sed potius deus est qui et confirmat nos vobiscum, quia ingentes et vos confirmati estis. Confirmat dico in Christo, id est in via praedicationis, et non et vos estis firmi in Christo; magis constat de nobis per quos vos firmi estis. Et deus est qui unxit nos in reges et sacerdotes per spiritum in baptismo datum, unde Petrus ait: nos sumus genus electum, regale sacerdotium. Et deus est qui signavit nos, id est in libro vitae scripsit. Vel signavit nos et decrevit nos ab aliis signo crucis. Et dedit in cordibus nostris pignus spiritus sancti, id est spiritum sanctum arram futurae gloriae. Si enim adhuc mortalibus spiritum suum credidit, non est dubium quin iam immortalibus addat gloriam. Vel dedit pignus spiritus, id est dona quae sunt pignus quod spiritus sanctus est in nobis;

Ego autem testem deum invoco in animam meam quod parcens vobis non veni ultra Corinthum. Non quia dominamur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudii vestri. Nam fide statis;

Ego autem. Hic aperit quare ad eos non venit. Sciens dixerat ne putarent se contemptos ad quos ire distulit. Non venit etiam ut se omnes emendatos inveniret. His enim loquitur nunc qui videbantur se velle corrigere, sed operam non dabant. Vel id implent quod pro levitate. Vel tertio non commodo non dimisi, sed parcens vobis. Et de hoc ego invoco deum testem, non solum contra corpus sed in testem animam meam, si mentior de quo, scilicet quod non veni Corinthum ultra primam vicem, vel ultra, id est postquam a vobis discessi. Et hoc feci parcens vobis, scilicet ne contristarem multos aspere corripiendo. In quo pepercit eis ne eo asperiore veniret in sectione, voluitque prius mitigari eos et emendari. Et ideo non ex levitate vel carnali cogitatione non implevit quod disposuit. Spiritualis autem dispositum non implet quando prudentius aliquid ad salutem meditatur. Et ne indignentur quia de domino eo quod dixerat parcens vobis non veni, subdit: non ideo dico parcens quia dominemur fidei vestrae, vel quia dominium et coactionem patiatur fides vestra, quae voluntatis non necessitatis, sed ideo dico quia adiutores sumus, id est vestri cooperatores gaudii vestri, id est vel gaudii emendationis vestrae, quia gaudebunt emendati. Bonum Christi fidei vestrae. Nam fide quae per dilectionem operatur statis non dominio;

Statui autem hoc ipse apud me ne iterum in tristitia venirem ad vos;

Statui autem. quasi parcens non veni ad vos, sed statui hoc ipsum, id est hoc idem apud me, quod proposui cum primam epistolam misi, ne iterum venirem ad vos in tristitia vestra, id est vos contristans. Vel ne ire ad vos in tristitia mea, quae tum esset tristitia, id est iterum tristitia esset in tristitia sicut fuit ei auditis eorum peccatis. Et vere de peccatis suis est in tristitia quia de prima non est laetitia et vere;

Si enim ego contristo vos, quis est qui me laetificet nisi qui contristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi vobis ut non cum venero tristitiam super tristitiam habeam de quibus oportuerat me gau-

Si enim ego contristo vos corrigendo, increpando, quocumque modo, vel per epistolam vel per praesentiam. Et hic aliquid addendum est, quia et vos me contristatis. Quis est qui laetificet me nisi qui contristatur ex me, quia nullus me laetificat nisi qui contristatur ex me, id est secundum meam voluntatem, scilicet ut poeniteat. Quod melius sit per epistolam quam per praesentiam. Et hoc ipsum, scilicet quod nemo me laetificat nisi qui contristatur ex me, scripsi vobis, ut non cum venero habeam de vobis tristitiam quae sit de incorrectione vestra super tristitiam quam habeo de peccatis. De quibus scilicet vobis oportuerat magis gaudere, non solum nunc sed et olim. Et contristavistis. Sic fuerunt

41

dere. confidens
in omnibus vobis.
quia meum gaudi
um omnium vestrum est;

peccatis. Gaudium autem apostoli
purificatio est ipsius. scripsi di
co: confidens in omnibus vo
bis. quod ultra non habeo
tristitiam de vobis. quia eundem
dum videre. sed ne frustra
confidam quod meum gaudi
um erit. et vos debetis facere
quod ad gaudium meum
spectat. quia gaudium meum est omnium vestrum. id est quando gaudeo. vos
gauderetis;

Nam ex multa
tribulatione
et angustia cor
dis scripsi vobis
per multas la
crimas. non ut con
tristemini. sed ut
sciatis quam
caritatem habe
am habundan
tius in vobis;

Nam. id est quod dico quod tristitiam
habui. et vere. nam ex mul
ta tribulatione. id est ex mul
tis laboribus. scilicet vigilando.
pro vobis orando. et interiori
angustia cordis. scilicet cura
et dolore. scripsi vobis primam
epistolam. et hoc per multas la
crimas. que iudicio sunt
quid virtus esset. hec tamen
non ideo feci. ut contriste
mini. per memoriam cor
dis; ut sciatis quam caritatem
id est quod desiderium emendatio
nis vestre. habeo. vel habundan
tiorem caritatem dico ostensam
in vobis habundantius
quam previtatis. quia omnes
ut se ipsum diligebat apostolus.
et quos corripiebat. ad
hoc enim corripiebat:
ut ostenderet quo amo
re eos diligeret. quorum pec
catis plus ille dolebat. Quia tamen non hoc affectu corripit
fratrem: contristat. insultat enim qui non dolet fratri. vel habun
dantius quam in aliis ostensam in vobis quibus de meo iure
fecisti;

Siquis autem
contristavit me.
non me contrista
vit. sed ex parte.
ut non onerem
omnes vos.
Sufficit illi qui
eiusmodi est.
obiurgatio hec

Siquis autem. hic percipit for
nicatorem illum quem
sathane tradendum iudi
caverat recipi. quia correp
tus erat. qui per lacrimas
scripsi vobis. sed tamen condo
nate illi. quod ita ait. Siquis
autem contristavit me. sicut
mecum fecit ille fornicator:
non me tamen contristavit. sed et
vos ex parte. id est non omnes
hoc autem dico ut non onerem
omnes vos. id est ut hoc omnibus o
bus non imponam quod rep
hensione digni omnes sed tristes
esse deberent. vel ideo dico
ex parte ut non o. omnes vos.

que fit a pluribus;
ita ut e contrario
magis donetis et
consolemini. ne
forte habunda
tiori tristitia ab
sorbeatur qui
eiusmodi est;

Illos enim tamen onerat qui non
doluere de peccato. non illos
qui doluerunt. quos significat
dicendo. ex parte. id est qui vos
me. et illos contristavit;

Sufficit. tamen illi qui eius
modi est. qui tam grave deli
quit obiurgatio hec. quia tal
facile desperet. si nimius as
per in eum animadverteret.
que obiurgatio. et hic precipit
quantitate. vel alio modo. non
satis digna pena videtur:
in hoc tamen non est parva est
manda. quod fit a pluribus quibus
congregatis sathane tradit
est. magnum utique dolorem
patitur: qui delictum su
um plures videt horrere. Ita sufficit quod obiurgatus est a
pluribus: ut e contrario magis donetis. quia quanto a pluribus obiur
gatur: tanto magis donandum est ei. et consolemini eum.
ut per exemplum david. qui multum peccavit. et aliorum quibus
indulta est venia. et per verba domini. per prophetam dicentis;
Nolo mortem peccatoris. sed ut convertatur et vivat. et item. quacumque hora inge
muit peccator. omnium iniquitatum eius non recordabor.
et recte vos pro peccato afflicto ignoscere. et subvenire spi
ritu: quia penitentia fide vero animo est. id est si correptus in animo dolet
statim moriens habet fructum. hec enim vera penitentia est. cessa
re a peccato. ideo condonetis et consolemini. ne forte qui
eiusmodi est habundantiore tristitia. id est per nimis asperam pe
nitentiam desperans absorbeatur a diabolo. ut velit
in seculo. hoc est enim absorberi. scilicet desperantem committi ad ad
mittenda peccata;

Propter quod ob
secro vos ut con
firmetis in illo
caritatem.
Ideo et enim scrip
si ut cognoscam
experimentum
vestrum. an
in omnibus obe
dientes sitis;

Propter quod. scilicet ne absorbe
atur: obsecro vos. qui
possem iubere. ut carita
tem quam habuistis. eicien
do eum confirmetis. in illo
condonando ei. quod et debetis
facere. Ideo et enim scripsi vobis
scilicet ut in me cognoscam experi
mentum vestrum: id est per experi
entiam cognoscam. quo
animo feceritis: ut expertus sum
ex parte obedientiam vestram
et cognoscam an in omnibus
sitis obedientes vel non. quia enim
ipsum eum recipiendum scrip
serim. et propter hoc et scripsi. ut
vos quos expertus sum
in obedientes inveniendos esse
cognoscam. an in omnibus
obedientes sitis;

Cui autem. quasi obsecro ut ei condonetis et donare debetis. autem id est
quia cui aliquid donastis et ego: quod vere dico. Nam ego

Cui autem aliquid donastis et ego. Nam et ego quod donavi si quid donavi propter vos in persona Christi ut non circumveniamur a sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius;

quod donavi propter vos. Feci si quid condonavi. hoc ideo dicit quia non venerat hoc factum est in passum. Si ergo magister pro culpis discipulorum donavit cui voluerit peccatum: multo magis discipuli per magistri idem facere debent. et ut tantum ei cui donavit ostenderet apostolus dixit: subdit. et hoc feci in persona Christi. i. ac si ipse Christus condonaret. quia nichil sine dei spiritu agebat apostolus. hoc autem dicit ne uir ita humoli uideatur condonatio. que fit propter amicos. ut non. quia ideo debemus condonare. ut non circumveniamur. i. decipiamur a sathana. ut eum faciat desperare per nimiam asperitatem. sepe enim propter asperiores animadversiones in desperationem infirmos precipitat. et nimio ab illo hoc metuo fieri. non enim ignoramus cogitationes. i. astucias eius. qui quos consentiendo nequit decipere facit nimis asperos;

Cum venissem autem troadem propter evangelium Christi et hostium mihi apertum esset in domino non habui requiem spiritui meo. eo quod non invenissem titum fratrem meum. sed valefaciens eis profectus sum in macedoniam;

Cum autem venissem. et cetera. post impositionem de recipiendo fornicatore redit ad ipsos ostendens quia sine culpa eorum fuit quod non venit corinthum. sed quod non profecit in troade. dum apud eos moratur impeditus titus. sine quo non poterat ibi proficere. quia forsan linguam eorum grecos expressius ille poterat quia parcens vobis non veni corinthum. Cum autem venissem troadem propter evangelium Christi predicandum. et ostium apertum esset mihi. i. corda parata ad recipiendum evangelium. et hoc in domino. i. operante deo. non habui requiem spiritui meo. i. non potui satisfacere voluntati mee. eo quod non inveni ibi titum fratrem meum qui ibi venturus erat. sed impeditus apud vos non venit illuc. sicut ipse ego et ipse condiximus. et ideo apostolus satisfacere non potuit suo desiderio ut eis scilicet evangelium plene traderet propter perstrepentes in eum insurgentes quos solus non poterat hec duo complere. scilicet et fideles instruere et perstrepentibus incredulis repugnare. non habui requiem dico. sed valefaciens eis. scilicet qui erant conversi. et in quibus ostium apertum erat. profectus sum macedoniam;

Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu. et odorem noticie sue manifestat per nos in omni loco. quia Christi bonus odor sumus deo in his qui salvi fiunt et in his qui pereunt

Deo autem. hactenus de tribulationibus egit ad excollectantiam eos invitans. et cuius culpa corinthum non veniat dixit. hic incipit sese commendare et pseudo deprimere. quia profectus sum macedoniam: sed non inutiliter. quia ibi quasi triumphator extiti. gratias autem ago deo. qui semper triumphat nos. i. in predicatione triumphare facit. in Christo Iesu. i. in predicatione eius. qui corda illorum preparat ad credendum. ut calcata perfidia: tropheum habeat fides. dum ex perfidis fiunt fideles. et manifestat per nos vel nos apostolos. non per pseudo. odorem noticie sue. i. Christum qui velut odor procedens a patre notificat eum invisibilem. sicut aliqua res que non videtur per odorem cognoscitur. et in quo loco sit intelligitur. vel odorem noticie sue. i. miracula. vel doctrine verba. quibus ad noticiam eius venitur. manifestat per nos miracula operantes et verba predicantes. et hoc in omni loco. scilicet ubicumque predicamus. i. in toto mundo. et bene dixit per nos quia nos sumus bonus odor Christi. et suavis deo. et si non ita vobis videatur. Odor Christi dicuntur apostoli: quia in omni eorum vita et predicatione Christus ostenditur. non blasphematur sicut de malis dicitur. nomen domini per vos blasphematur inter gentes. et nota quod sue locutionis modum sumit apostolus a veteri lege: cum dicit bonus odor deo. quia ut olim hostia legalis dicebatur suavissimus odor deo: ita nunc predicatio vera et sincera fama apostolorum. Iste bonus odor significatus est odoratus quibusdam aromatibus et unguentis. dicit enim in cantica sponsa. post odorem unguentorum tuorum curremus. propter hunc odorem dicitur in evangelio. quod fracto alabastro unguenti domus impleta est odore. i. mundus impletus est fama bona et doctrina Christi et apostolorum. Odor iste vegetat diligentes. necat invidentes. unde subdit. in his qui et cetera. quia bonus odor sumus Christi vel quia in his qui salvi fiunt. i. gratia eius. et in his qui pereunt iudicio eius. i. et horum respectu qui salvantur. et horum qui contempnentes pereunt. quia bona intentione facimus. et sincere predicamus. Ergo non-

hoc fit: ut bono odore et boni vivant et mali moriantur. quomodo tamen fiat, conscientiam diligentis inspirate dignetur vobis revelare non negabo. apostolus bene agens, bene vivens: iustitiam verbo predicabat, et opere demonstrabat. ac bonam famam usquequaque disseminabat. imitans doctorem veritatis christum. qui autem diligebant, quidam invidebant. illi qui invidebant, qui eam diligebant bono odore vivebant. noli ergo invidere, et non occidit te bonus odor. bonus ergo odor erat. quo illi vivebant et illi peribant. Si enim non esset claritudo scilicet invidia non surgeret in priorem. cepit persecutionem pati odor scilicet. sed non persequendo frangit ampullam odor unguenti. amplius diffunditur. sequitur;

∴ Fame pauli ex bono odore

Aliis quidem odor mortis in mortem. aliis autem odor vite in vitam. Et ad hec quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum dei. sed ex sinceritate sicut ex deo. coram deo in christo loquimur.

Aliis. qui deo sumus bonus odor, scilicet hominibus; aliis quidem sumus odor mortis, id est invidie et male opinionis ducentis eos in mortem eternam. aliis autem sumus odor vite, id est dilectionis et bone opinionis ducentis eos in vitam eternam. quia de vita predicatores veritatis alteri alius procedit mors, cum per invidiam dilatatur, auditur: inde ruentibus in eternam dampnationem. aliis vita est per fidem suscipitur: inde in salutem proficientibus eternam. Et ad hec. qui nos sumus odor christi, et per nos deus hec operatur, et ad hec agenda quis, scilicet illorum pseudo apostolorum est tam ydoneus. sed nos tantum apostoli quia nullus, id est vere non sumus adulterantes verbum dei, id est falsa admiscentes, et pro voluptate non pro plebe predicantes. sicut plurimi faciunt. hic pseudo apostolos tangit. qui corrupta doctrina veritatem violabant. de quibus ysaias ait: caupones tui vino aquam miscent. sed loquimur verbum dei ex sinceritate, id est sincera intentione, non pro questu, et sine admixtione corruptionis sicut didicimus ex deo. qui nos docuit. et hoc facimus coram deo, id est causa eius solum, ut ei placeamus. et in christo, tamquam eum credentes, ut faciunt illi qui de lege agunt legalia predicantes;

Incipimus enim iterum nos metipsos commendare? aut numquid egemus sicut quidam commendaticiis epistolis ad vos aut ex vobis?

Incipimus. quia scierat apostolus eos sinistre accipere suam commendationem, sicut in prima epistola fecerant quasi suam gloriam quereret: incipit excusare opinionem eorum ostendere se non suam gloriam, sed dei querere dicens. Incipimus. quasi semper non in hoc sumus, tamquam sicut in prima epistola commendare, istis laudibus nosmetipsos. non dicimus. quasi est aliquis qui hoc imponat vobis: absit ut hoc faciamus: non utique vane nos commendantes. hoc dicimus, sed ne ab aliis decipiamini: id cogimur memorare. quod autem non nos intendimus commendare. ex hoc patet quod nullius utique commendaticias epistolas querimus. non eis egemus. et hoc est quod sub interrogatione subdit. aut. id est et non quid egemus, id est putatis egere commendaticiis epistolis, missis ab aliis ad vos aut ex vobis; ad alios sicut quidam, id est pseudo apostoli quasi nulla virtute commendati. utique non egemus. quia epistola nostra, id est institutio nostra vos estis. in quibus scientia et vita mea representatur aliis. et ideo commendaticia epistola non egemus. et hoc epistola scripta est in cordibus nostris. quia semper certam habemus de vobis. que epistola scitur ab omnibus hominibus. Sicut enim quia per nos instructi estis. et legitur ab eisdem quia in vobis nos imitari discunt. epistola nostra estis. et vos idem estis. manifestati omnibus quoniam estis epistola christi, quod dum in similes christo. vel;

Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris. que scitur et legitur ab omnibus hominibus. manifestati quoniam epistola estis christi ministrata a nobis et scripta non atramento sed

Epistola christi estis. quoniam christus vos principaliter scripsit, id est instituit. non ego. quia eo auctore in vobis est fides. et hec epistola est ministrata a nobis. quia nostro ministerio deus operatur in nobis. et est scripta non atramento, sed spiritu dei vivi, id est eterni. quod autem vivus sit dicit: vivit, id est quod vos estis representatio christi et mea. hoc est firmiter scriptum in cordibus vestris. non delebitur ut quod atramento scribitur facile deletur. vel sic: non atramento, id est non terris notis heretice pravitatis, ut pseudo faciunt, qui hereses inserunt. sed spiritu dei vivi, id est spiritu sancto docente instru

spiritu dei vivi. non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad deum. non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est;

instructi estis. per quem diffunditur caritas in cordibus vestris. qui in evangelio digitus dei dicitur. hoc digito scripta est lex vetus. sed distat quia lex illa scripta est in tabulis lapideis. nova autem lex diffusa est in cordibus. hec lex est caritas dei. illa est lex operum. littera occidens prevaricatorem. ista est lex fidei vivificans dilectorem. Ibi quidem lex extrinsecus posita est. qua iniusti terrerentur. hic intrinsecus posita qua iustificarentur. Ibi in tabulis lapideis digitus dei operatus est. ut scriptura [illegible] contra corda illius populi. hic idem digitus in cordibus hominum operatus est. ut voluntas prompta intelligentia capax suscipitur. unde subdit. Et hec epistola scripta est non in tabulis lapideis. id est non in duris cordibus hominum non tenacibus nec sentientibus ut vetus lex. lapis enim non significat nisi durissimam voluntatem. et adversus deum inflexibilem. sed in tabulis cordis. id est in cordibus latis ex caritate. et carnalibus. id est mollibus que habent affectum implendi. et sensum habentibus quia intelligunt. non lapideis tamquam sunt sine sensu. Fiduciam autem. dixit se non egere epistolis. et dicit quod se non commendat. sed Christum. quia epistola Christi et nostra estis. sed fiduciam talem. id est de tantis talia habemus. vel referimus non ad vos. sed ad deum. hoc ideo dicit ut ostendat verbis non hanc habuisse fiduciam ad deum quia in [illegible] non fuit administratio. et hanc fiduciam habemus per Christum. per quem nobis hec potestas data est. fiduciam habemus dico et non. Ita dico nos habere fiduciam. quod sufficientes cogitare saltem aliquid boni. quod sit ex nobis. id est ex nostra parte. [illegible] nos defendens quasi ex nobis procedat. sed sufficientia nostra ex deo est. attendant hic et verba ista perpendant qui putant ex nobis esse fidei [initium] et ex deo esse fidei supplementum. commendans enim istam gratiam que non datur secundum aliqua merita. sed efficit omnia bona merita. inquit. non quod sufficientes simus cogitare aliquid etc. Quamvis enim non videat prius cogitare quam credere. nullus quippe credit aliquid nisi prius cogitaverit esse credendum. quamvis ipsum credere nichil est aliud quam cum assensione cogitare. sed quia cogitare bonum non est ex nobis nec credere. sed sufficientia nostra. quia credere incipiamus ex deo est. Ecce prefert deum apostolice dignitati;

Qui et idoneos nos fecit ministros novi testamenti non littera sed spiritu; Littera enim occidit, spiritus autem vivificat;

Qui et idoneos. hic iterum commendatio est. Commendat enim se per dignitatem officii. id est evangelii. preferens non solum pseudo apostolis qui carnales observantias predicabant. sed et Moysi ministro legis. quia sufficientia nostra ex deo est. qui et fecit nos ministros novi testamenti. pseudo sunt ministri veteris. ministros dico idoneos. perfecta scientia et vita. quales non sunt pseudo. novi testamenti dico. non existentis in littera tantum docere. sed in spiritu. adiuvante qui per nos id est ministerio nostro datur;

Littera enim. quasi ideo nos fecit ministros novi testamenti per spiritum non per litteram. quia littera sine spiritu occidit. dum facit scientes peccare. et addit prevaricationem et magis irritat. presertim post adventum Christi. spiritus autem vivificat. quia spiritualiter facit intelligere et implere quod littera precipit. Attende quam dicat apostolus litteram que occidit. cui velut e contrario spiritum vivificantem ingerit. Ea certe est decalogus. in illis duabus tabulis scriptus. quia lex subintravit ut habundaret delictum. precepto autem precepta ista tantum sunt utilia facienti et salubria. ut nisi quis ea fecerit. vitam habere non possit. Non quia dicit littera occidens. eo quod lex mala sit. sed quia prohibens peccatum non vivificat hominem. sed auget concupiscentiam et peccatum prevaricatione cumulat. nisi liberet gratia per legem fidei. apparet quia littere vetustatem si desit novitas spiritus. reos facit potius homines cognitione peccati quam liberat a peccato. unde qui apponit scientiam apponit dolorem. non quia ipsa lex malum est. sed quia mandatum bonum habet. tantum in littera demonstrante. non in spiritu adiuvante. quod mandatum si fit timore pene non amore iustitie. serviliter fit non liberaliter. et ideo nec fit. Non enim fructus est bonus qui de caritatis radice non surgit. si vero adsit fides operans per dilectionem. fit delectatio boni que non littere. sed spiritus donum est. Littera vero sine adiuvante spiritu occidit. cum vero adest vivificans spiritus. hoc ipsum intus conscriptum facit diligi quod foris scriptum lex faciebat timeri. Verum sponsa Christi intelligit quid distet inter litteram et spiritum. que duo alio modo dicitur lex et gratia. nec reprehenditur lex cum dicitur: Littera occidit. id est sicut et non reprehenditur scientia. cum dicitur inflat. caritas vero edificat. lex quidem bona est. sed est gratia. ut cum caritate scientia prodest. sine ea occidit. ita lex sine gratia occidit. cum sit virtus peccati. non tamen ex eo ista sit mala. etiam contra etiam sunt quibusdam nociva. quamvis non sint mala. scientia et lex licet sine gratia non vivificet. non tamen mala est. que enim iubet quod sine gratia impleri

n̄ pot̄ iudicat hominem q̄d infirmus ē. lex demonstrata infirmitate querit gratiam. lex ergo ducit ad fidem. fides impetrat spiritum largiorem. qui diffundit caritatem, que implet legem sine spiritu. non est uoluntas hominis liberata cupiditatibus inuitatur. liberum enim arbitrium et ad bonum et ad malum faciendum. confitendum est nos habere. sed in malo faciendo libera quidem est uoluntas. ad bonum autem non est libera. nisi liberata fuerit ab illo qui dixit. si filius uos liberauerit. uere liberi eritis;

Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus; fuit in gloria. ita ut non possent intendere filii israel in faciem moysi propter gloriam uultus eius que euacuatur; Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria.

Quod si. qui fecit nos deus ministros etc. glossa. Etiam hec ministratio erit uobis in gloria eterna. quod probat per minus. i. per uetus testamentum. quia uetere est in gloria eterna. quod. i. quia ministratio mortis; i. ueteris legis. que morte corporali puniebat peccantes. uel que preuaricatoribus inmittebat mortem. quos dei gratia non adiuuit ad iusticiam implendam. deformata. i. turpiter formata quia non honesta secundum legis litteram perceptebat. uel deformata. i. plene scripta. si quis spiritualiter caperet. in lapidibus. i. in tabulis lapideis. ad litteram. uel in cordibus duris. ad capiendum. uel amandum. fuit in gloria. moysi ministro eius. ita ut filii israel non possent intendere. aciem uisus sui in faciem moysi. quia indigni erant. erant enim maculati peccato. uultum moysi descendentis de monte cum lege accepta in tabulis lapideis intueri non poterant. quia gloriosa facta erat facies eius. unde subdit. propter gloriam uultus eius. i. fulgorem uultus eius. qui fugabat eum clare uidere. ad quod illi non poterant accedere. Que gloria euacuatur. quia in moyse statim transiuit et non modo in ministris legis ueteris est. uel mistice percipitur. ut per faciem moysi intelligatur spiritualis intellectus legis. per gloriam faciei intelligantur legales obseruantie. que erant figure ueritatis. quia ita fuit lex moysi in gloriam. ut filii israel. i. uidei. non p. i. fa. ei. i. spiritualem intelligentiam legis. quia christum in lege non intelligebant. et hec propter g. u. e. i. legales cerimonias. que propter christum significandum fiebant. sed illi adhuc carnales in eis christum non intellegebant. quod significabat uelamen positum super faciem moysi. que gloria moysi euacuatur. quia finem habet figure. reuelata per christum ueritate. et sic gloria moysi per legem spiritus euacuatur. cum homines accepta remissione peccatorum facti iusti accipere possunt gloriam dei. sicut petrus et alii in monte uiderunt. gloria ergo moysi euacuatur. quia figura est non ueritas. gloria moysi est que stelle in uespere. que tamen glose sunt. gloria christi sicut sol. qui oriens stellas obscurat. gloria uultus moysi figura erat ueritatis. que euacuatur. quia ueniente imperatore. imagines tolluntur de medio. ibi spectatur ymago. ubi imperator presens non est. ubi autem est ymago remouetur. et fulget presencia imperatoris. sequitur. quomodo non etc. quia ministratio legis ueteris fuit moysi in gloria. et si hoc est. quomodo non ministratio spiritus. i. noui testamenti. in quo datur spiritus. non magis nobis erit in gloria eterna. quasi non potest negari;

Nam si ministratio dampnationis in gloria est; multo magis habundat ministerium iusticie in gloria.

Nam si. qui uetere in gloria eterna erit. quia dat iusticiam spiritus. qui in ea datur. quod a minori probat. nam ministratio dampnationis. i. uetus testamentum est in facie moysi. uetus. et dicitur ministratio dampnationis. quia homines preuaricatores constituit non iustificans eos per gratiam. uel quia mortem corpori talem inferebat peccantibus. et si hoc est. multo magis ministerium iusticie. i. nouum testamentum per quod datur spiritus. per quem est iusticia et consummatio uirtutum. habundat iusticia in gloria. i. dat habundantem gloriam ministris et obseruatoribus eius. uel quod magis est in gloria. i. in laude. quia uetus. i. quia magis gloria dei in salute est. quam in morte. Quamuis enim iuste dampnet. quod agebatur sub lege. tamen ad laudem magis proficit si indulget. ut possit se reus corrigere. quod per gratiam in nouo t. prestatur;

Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam;

Nam nec. quasi uere habundat in gloria. quia adeo quod ad eius comparationem illa uetus non est dicenda gloria. et hoc est quod ait. nam quod claruit. i. moyses in hac percelebrata parte. i. in facie. non est glorificatum. propter excellentem gloriam. que est de nouo t. ubi puri uident gloriam dei. i. comparatione huius excellentis glorie. quia nulli profuit gloria uultus moysi. sed obfuit. et si culpa illorum et sua. hec autem gloria multo maior est. que habundat in gratia. ut per eam purificati homines absterssa caligine possint uidere gloriam dei. uel ita lege. quod claruit. non est glorificatum. i. non est gloriosum in hac parte. i. respectu huius nostre partis. quasi. propter excellentem gloriam que est hic.

Illa enim tanta erat gl'a · quanta debuit credi seruo. h' uero tanta · quanta est gentinorum xp̄i · quia xp̄c in gl'a ē dei p̄r̄is · ut tantū intersit int' gl'am moysi et xp̄i · quantum inter ymaginē et ueritatē;

Si enim quod euacuatur per gl'am ē multo magis quod manet in gl'a est. Habentes ig' talem spem · multa fiducia utimur. Et non sicut moyses ponebat uelamen super faciem suam. ut non intenderent filii isrl. in faciem eius. quod euacuatur. Sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum diem id ipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet nō reuelatum. quia in xp̄o euacuatur;

Si enim · quia tanta · s' in nouo t' ē gl'a · quia ē manens. Si enim q' euacuatur · i. uetus t' · per gl'am ē · i. sub ministratum · et recep tum per gl'am moysi · sine qua nō commendaretur. multo magis quod manet · i. nouum t' · quod ē manens · quia nouo t' nō succedet aliud ē in gl'a · etiam nobis · et quia nos ministri noui t' · certi sumus de tanta gl'a · Igitur habentes talē spem · uiuendi s' gl'am dei · utimur multa fiducia · i. usu exercemus nos in bonis op'ib; · unde creścit nobis fiducia · tantum enim uidebimus · quantum crediumus · quia aperta ē gl'a · nō celamus sensum nostrum · sicut moyses qui ponebat uelamen · per figuras legales super faciem suam · i. clarē et spiritualem intellectum · s' nos aperte dicimus · ideo ponebat · ut filii isrl nō intenderent in faciem eius · i. in spiritualem intelligentiam legis · quia nō poterant pati causa peccati · quod uelamen per gratiam est euacuatum · i. remouetur nostris expositionib; · s' sensus eorum obtusi sunt · i. ingenium eorum hebes ē · nec potest penetrare quia studium nō exercent · Obtusos enim hec infidelitatis cecitas obtinuit · ideo conuersis ad fidem acuitur acies mentis · ut uideant diuini luminis splendorē. usque in hodiernum diem · quia sensus iudeorum sunt obtusi · nec quia nō solum tunc · s' et usque in ho · diē · i. in hodie qui ueritas clarescit · manet id ipsum uelamen · quia nō aliter intelligunt · quam ante aduentum xp̄i · ma-

nec datur in lectione ueteris t' · i. dum legitur eis uetus t' · et in tantum manet · quod non ē eis etiam reuelatum esse uelamen · i. nec hoc sciunt · quod sit uelamen · quod uelamen euacuatur in xp̄o · i. in fide xp̄i · unde in passione uelum templi scissum ē · ut significetur · per xp̄i passionem reuelari sacramenta legis et prophetie · Uelamen enim dicit ad operationē prophetiarum intelligeretur.

Sed usque in hodiernum diē cum legitur moyses uelamen ē positum super cor eorum; Cum autem conuersus fuerit ad dominum auferetur uelamen. Dominus autem spiritus est. Ubi autem spiritus domini ibi libertas;

Sed usque · quia hiis quibus iā in xp̄o euacuatur uelamen · s' super cor eorum · qui negant xp̄m · uelamen ē positum · quia pondus · i. in cordib; eorum ē cecitas · desipiens retinens eorum · cum · i. quotiens legitur · i. exponitur eis moyses · i. uetus t' · et ita duo obsunt eis · cur nō intelligant · s' quia uelamen ē · i. obscuritas in lectione · et cecitas super corda · illi usque in ho · die · i. usque hodie;

Cum autem · quia uelamen est in lectione ueteris testamenti · et in corde eorum · s' cum aliquis eorum conuersus fuerit credendo · ad dominum · s' ad xp̄m · uelamen auferetur dato spiritu sancto · ut in aqua latere nimium intelligatur · omnis enim prophetia · nō intellecto xp̄o · insipidum et fatuum quiddam ē. Dominus autem spiritus est. Ordo uerborum talis ē · qui benedixit spiritum sanctum auferri uelamen · autem · i. quia spiritus sanctus ē dominus · i. potest operari quod uult · et per hoc quod uult illuminat · et quos uult in tenebris deserit. Nota quod spiritus sanctus dictus est dominus · ne quis eum arbitraretur filium significari nomine domini · et spiritum dici propter incorpoream substantiam · adiungit · ubi autem qui spiritus ē dominus. ubicumque autem est · per gratiam inhabitantem · spiritus domini · i. filii per quem datur · ibi ē libertas intelligendi · et faciendi · et ideo iudei qui nō habent spiritum nō possunt intelligere ut nos · uel ita · ideo conuerso ad dominum auferetur uelamen · quia dominus · s' xp̄c ad quem conuertuntur ē spiritus · i. spiritualis essentia · et ideo dat legem spiritus per fidem in mente · et ita facit spiritualiter intelligere · unde subdit · u' a' ē · s' d' · uel lex spiritus quam dominus dat · nō litteris scripta · s' per fidē animis inimata · ibi ē libertas;

Nos uero omnes reuelata facie

Nos uero · et cetera · qui illi habent uelamen super cor · nos non solum credentes omnes etiam minores · reuelata facie

gloriam domini spe culantes in e andem ymagi nem transformamur a claritate in claritatem tanquam a domini spiritu;

i. expedita ratione in qua videns est velamen. in qua sumus. speculantes. i. per speculum rationis videntes. gloriam domini. i. gloriosum dominum. Si queritur qualis est hec speculatio. et unde dicatur. Illud occurrit quod in speculo non nisi imago cernitur. ubi quippe speculum est ymagines rerum apparent. Specula vero est de cuius altitudine longius aliquid intuetur. speculantes autem dicit a speculo. non a specula. quod in greco non est ambiguum. unde in latinum hec scriptura translata est. Satis quod apparet dixisse speculantes. i. per speculum rationis que est imago dei videntes. non de specula prospicientes. hoc est conamur. ut per hanc ymaginem. i. rationem quod nos sumus. i. in qua creati sumus. videamus utrumque illum a quo facti sumus tanquam per speculum. quod vero subdit. in eandem ymaginem transformamur. utique imaginem dei vult intelligi. eandem quod dicens. illam ipsam vult intelligi quam speculamur. quia eadem est imago dei et gloria dei. i. imaginem et gloriam. id accipit. i. dominum gloriosum. sicut supra de ymagine creata loquens. per eodem accepit imaginem et gloriam dicens. vir quidem imago et gloria dei est. Transformamur autem dixit. i. de forma in formam mutamur. et transimus de obscura forma in lucidam formam. quia et ipsa ymago obscura dei est. hec est ymago in qua homines sunt creati. quia ceteris animalibus presunt. que creatura in rebus creatis excellentissima. cum a suo creatore ab impietate iustificatur. a deformi forma in formosam mutatur formam. Erat enim inter vitia natura bona. et ob hoc addit. de gloria in gloriam. i. de gloria creationis in gloriam iustificationis. vel de gloria fidei ubi filii dei sumus. in gloriam spei. ubi ei similes erimus. cum videbimus eum sicuti est. et addit. tanquam a domini spiritu. per hoc ostendens a gratia dei nobis conferri tam optabilis conformationis bonum. et licet ut imaginis quoque futura est perfectio. ad quam consequendam nos erudit magister bonus dicens. nos vero. revelata facie. speculantes. i. per speculum rationis intuentes. gloriam domini. i. dominum gloriosum. transformamur. i. de forma in formam transimus. scilicet de obscura in lucidam tendentes. in imaginem eandem que est gloria. quam speculamur. quam spectamus. vel ut dei ymago. i. dei sumus. i. ut similes glorie et sumus in eternum sicut Iohannes ait. scimus quia cum apparuerit. similes ei erimus nos dico euntes de gloria. vel de claritate. creationis in gloria vel claritate iustificationis. vel de gloria fidei in gloriam spei. transformamur dico tanquam a deo. i. ducti. quia hoc beneficium a gratia dei habemus. Cum autem hac transformatione ad perfectum fuerit. hec imago renovata. similes deo erimus. vel ita transformamur. dico. translati a gloria. vel a claritate moysi in claritatem. vel gloriam christi. tanquam a domino. scilicet spiritu. quia gloria est talis. qualem decet spiritum dei dare. qui enim dabit glorie. quantum dignum est dari per spiritum sanctum. ideo enim dixit. tanquam a domino. ut ostenderet talem gloriam dari. que sublimitati congruat dantis. vel ita. ut per dominum accipiatur pater. et per imaginem intelligatur filius. nos speculantes gloriam domini. i. filium qui est gloria patris. transformamur. scilicet non imitantes tendentes in imaginem eius. scilicet patris eandem cum ipso. i. in christum. qui est imago patris eadem cum filio in contendimus. scilicet ut eum in essentia videamus. nos dico euntes. a claritate. i. ab una clara cogitatione in aliam claram cogitationem. tanquam a domino. scilicet spiritu. ut illi. quos spiritus dei ducit;

Ideo habentes hanc ministra tionem iuxta quod misericordiam conse cuti sumus non deficimus. sed ab dicamus occul ta dedecoris non ambulantes in astucia. neque ad ulterantes verbum dei. sed in mani festatione veritatis commendantes nosmet ipsos ad omnem conscien ciam hominum coram deo;

Ideo. i. quia tantam claritatem habemus a spiritu. ideo nos habentes hanc ministrationem. i. hanc dignitatem. ut spiritum aliis ministremus. habentes dico. non meritis nostris. quia iuxta misericordiam consecuti sumus. i. per misericordiam dei. non deficimus pro aliquibus adversis. sed abdicamus non solum aperta mala. sed etiam occulta dedecoris. immundas cogitationes. i. omnia turpia. et polluta. que si recogitari possunt amovemus nos dico. non ambulantes. i. in astucia. i. in ypocrisi. ut pseudo faciunt. qui se videntur humiles. neque adulterantes verbum dei. per admixtionem falsitatis. vel pro questu predicantes. sed ambulamus in manifestatione veritatis. quia manifeste in nobis videtur veritas. nos dico. commendantes. i. commendabiles facientes. nosmet ipsos. sine cooperatione adversariorum. adeo nos commendabiles facimus. ut veritatis nostre laus crescat non solum usque ad oculum. sed et usque ad omnem conscientiam hominum. et intentiones mea manente coram deo. i. in beneplacito dei. vel hoc dico coram deo. i. teste deo. cui nichil occultum est testimonium dei imploratur. ut vel ipsi credatur. quo auctore predicat. attende apostolum implere. quod dominus ait. sic luceat lux vestra coram hominibus. ut videant opera vestra bona. Voluit utique nos bona facere in conspectu hominum. sed ad laudem dei tantum non nostram. Quod si

paulum uerum non opus facientem, ideo contra ait enim: Commendantes nos et cetera ut ostendat se implere illud: Luceat lux uestra coram hominibus et cetera. Et addit: coram deo, ut ostendat se implere illud: Non ut uideamini ab hominibus. Non enim hoc facit ut uideatur ab hominibus;

Quod si etiam opertum est evangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum, in quibus deus huius seculi excecavit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio evangelii glorie Christi qui est imago dei.

Quod si. Quasi dixit: nos manifestatione ueritatis predicamus in manifestatione ueritatis. Quod, id est sed si uere opertum est evangelium nostrum, id est quod a nobis predicatur, opertum est in his qui pereunt, id est culpa eorum est qui perire maluerunt. Veritatem non. Quia incredulis non uident splendorem ueritatis in nostro predicatione obcecantur. In his qui pereunt dico. In quibus pereuntibus uel nobis etiam glorificatus deus huius seculi, id est deus qui non solum bonos regit sed etiam malos, pro meritis precipitat et excecavit, an naturali bone mentes infidelium, scilicet qui Christo non credunt. Quos excecavit dans eis quod uolunt, id est sinens eos facere quod uolunt, id est ut non credant, quod non facit malicia sed iusticia, uel talis potest esse ordo uerborum: In quibus pereuntibus deus uerus et iustus.

Excecavit mentes infidelium huius seculi, uel ita: In quibus deus huius seculi, id est diabolus, qui est princeps mundi qui secularibus principatur, uel deus seculi, id est superbia uel ingluvies uentris. Excecavit mentes infidelium, id est causa est quare excecentur. Ideo excecavit ut illuminatio evangelii, id est doctrina evangelii illuminans non fulgeat, id est non appareat eis, que tamen lux est evangelii. Illuminans dico glorie Christi, id est in quo predicatur gloria deitatis Christi, non solum infirmitas humanitatis. Qui Christus est ymago dei patris, quia de illo est, cui et equalis est secundum illud: Qui uidet me uidet et patrem. Sciendum est quod ymago et equalitas et similitudo distinguende sunt, quia ubi imago continuo similitudo est, non equalitas; et similitudo non continuo equalitas, ubi continuo ymago; ubi similitudo non continuo ymago nec equalitas, quia ubi nulla desunt imaginis, quod insunt illi rei de qua expressa est, potest in aliquo esse imago in qua sit equalitas, ut in parentibus et filiis inueniuntur imago et similitudo et equalitas, excepto tempore quo precedunt parentes, quia de parente expressa similitudo filii ut recte ymago dicatur et potest esse tanta ut recte dicatur equalitas. Potest et esse similitudo alicuius et equalitas, quamuis non sit ymago, ut in duobus ouis paribus. Christus autem ita dicitur imago patris ut in eo hoc desit, ut non solum ymago eius sit, quia de illo est, et similitudo quia imago est, sed et equalis tanta, ut nec tempus intersit in quo pedisequus sit, quia non generavit deus filium in tempore;

Non enim nosmet ipsos predicamus, sed Ihesum Christum dominum nostrum, nos autem servos vestros per Ihesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientie claritatis dei in faciem Christi Ihesu.

Non enim. Quasi de euangelio glorie Christi. Non enim et cetera. Vel ita continua: Commendamus nos in manifestatione ueritatis, et cetera talia facimus. Et hoc propter Christum, quia non predicamus nosmet ipsos, sed Ihesum Christum dominum nostrum, id est predicatio nostra non tendit ad gloriam nostram uel ad lucra nostra, sed ad gloriam eius quem predicamus saluatorem et dominum nostrum esse. Illum predicamus esse dominum, nos quidem dicimus esse servos, id est ministros uestros, et hoc per Ihesum, quia nobis hoc iniunxit. Hoc autem facimus quoniam deus ipse illuxit in cordibus nostris, id est se quod est lumen nobis infundit, qui dixit, id est precepto solo fecit lucem splendere de tenebris, quod fuit in separatione elementorum. Lux erat enim tenebre ex quo confusa moles celi et terre cepit esse antequam lux facta esset, quia illuminaret quod sine luce fuerat tenebrosum. Post non accedente luce quod factum est melius uideatur, in quo proficientis hominis significatio affectio significatur, unde apostolus loquens ad fideles ait: Fuistis enim aliquando tenebre, nunc autem lux in domino. Ille autem hoc fecit. Quia et tenebre erant super abissum, dixit: fiat lux, et facta est lux. Hec lux significat lucem que nobis et per nos aliis datur. Ex quo non potest intelligi quod tenebre sempiterne fuerint, sicut quidam legis calumpniatores exponunt, eiusdem legis scriptorem sensisse, qui potius ostendit eas cepisse cum dixit: In principio fecit deus celum et terram. Terra autem erat inuisibilis et incomposita, et tenebre erant super faciem abissi. Illuxit dico ad illuminationem scientie claritatis, uel glorie dei, ut illuminet nos scientia, qua sciamus deum esse uerum lumen, quo tenebre nostre illuminantur. Scientia enim glorie dei est, qua scimus ipsum esse lumen quo tenebre illuminantur. Vel ita: ad illuminationem scientie claritatis dei, id est ut illuminemus alios per scientiam de claritate, id est de essentia dei. Et hoc dedit nobis in faciem Christi Ihesu, id est per Christum Ihesum, qui est facies patris in quo noscitur;

Habemus autem. Hactenus egit de altitudine scientie sue. Hic agit de simplicitate carnis quam refert ad

Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis dei et non ex nobis;

In omnibus tribulationem patimur et tamen non angustiamur. Aporiamur. sed non destituimur. Persecutionem patimur: sed non derelinquimur. Humiliamur: sed non confundimur. Deicimur sed non perimus;

Semper mortificationem ihesu in corpore nostro circumferentes ut et vita ihesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos qui vivimus in mortem tradimur propter ihesum: ut et vita ihesu manifestetur in carne nostra mortali;

Ergo mors in nobis operatur vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fidei;

Sicut scriptum est. Credidi propter quod locutus sum: et nos credimus